Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



terra herbam virentem
et facientem semen: et li
gnum pomiferum faciens
fructum iuxta genus suum:
cuius semen in semetipso
sit super terram. Et factum est
ita. Et protulit terra herbam
virentem et afferentem se
men iuxta genus suum.
lignumque faciens fructum
et habens unumquodque se
mentem secundum speciem suam
Et vidit deus quod esset bo
num factumque est vespe et
mane dies tertius. Di
xit autem deus. Fiant lu
minaria in firmamento
celi et diuidant diem
ac noctem et sint in si
gna et tempora et dies et an
nos et luceant in firma
mento celi et illuminent
terram. Et factum est ita. Fe
ceratque deus duo magna
luminaria. luminare
maius ut praeesset diei: et
luminare minus ut pra
esset nocti: et stellas et po
suit eas in firmamento
celi ut luceant super terram.
et praesset diei ac nocti.
et diuidant lucem ac te
nebras. Et vidit deus
quod esset bonum. Et factum est
vespe et mane dies quar
tus. Dixit etiam deus. Producat
aque reptile anime vi
uentis: et volatile super
terram sub firmamento
celi. Creauitque deus cete
grandia et omnem anima
uiuentem atque motabi
lem quam produxerant aque
in species suas: et omne
volatile secundum genus su
um. Et vidit deus quod esset
bonum: benedixitque eis di
cens. Crescite et multi
plicamini et replete aquas
maris: auesque multiplicentur super terram. Et factum
est vespe et mane dies
quintus. Dixit quoque deus.
Producat terra animam vi